

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Louis Bourguet an Bartholomäus Ziegenbalg.

Bourguet, Louis

Neufchâtel, 16.03.1717

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-44925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-44925)

Viris Clarissimis, plurimum Reuerendis Dominis,
Tiegentalgio Reliquisque Piusissimis in India Orientali Euangelii
Praeconibus Salutem plurimam a Domino Nostro IESU
Christo, precatur Ludouicus Bourquet. 23¹⁶ 1770

Ex eo tempore, quo mihi conatus vestri, Viri plurimum Re-
uerendi, ad propagandum Euangelium inter gentiles innotu-
ere, magno sum affulsus gaudio in Domino, qui propositum ad
eo factum, animabus vobis, Ecclesiae gratum et nomine suo glo-
riosum vobis inspirauit, et vix illud effari possem, praesertim
vero, postquam admirabiles Veritatis progressus in Relationibus
Vestris, pietate et consolatione plenis, mihi videre contigit. Dul-
cissimus seruator, qui vobis adfuit, adesse velit porro, et tandem
ministerio vestro longe lateque exaltetur regnum eius, et superstitionis
idololatria et diaboli tyrannis prostratus corruat. Gloria ipsi Deo opti-
mo Maximo sit in aeternum, quod misericordia sua Societates Angli-
canas, Danicam aliasque forsan, et quam plurimos fideles Europa
vobis charitatis vinculo vniue, placeat. Ille, qui opus suum in vobis et
per vos ita promouit, vltro etiam augere permittat, et non solum gen-
tilibus, sed Mahummedanis et Christianis Orientalibus atque Occidentali-
bus, laborum Vestrorum fructus inter angustias, inimicorum contraditio-
nes, pugnaeque cum Diabolo, mundo et carne (ut olim dius Paulo acci-
derat) exanthelatorum, maxime proficiat. Exemplo quoque vestro excitentur
alii, Deo se voueant, et tam proclarum opus totis viribus aggrediantur.

Quantum missioni vestrae pietatique fidelium Europaeorum,
Relationes Vestras adhuc profuisse, vobis, Viri plurimum Reuerendi, fa-
ctis notum est. Sed spero, versionem earum Gallicam, quam in bonum
publicum parat Vir quidam eximius, omni litteratura praecipue au-
tem Orientali datus magno reipublica Christiana emolumento fe-
turam. Ex illa enim omnes Gallicanae ecclesiae nostrae, persecutione
vbiq; dispersa, pietatem, moderationem, fidelitatem et charitatem
vestram

Vestram cum admiratione et edificatione perspiciunt et opprobri-
um illud protestantium, diu a Pontificiis decantatum, vestra,
Anglorum, Belgarumque diligentia finem tandem habere per-
dissent. Ea autem, Neophytarum ecclesis ministerio vestro colle-
ctorum, precibus et beneficentia opem laturo aliquando, dubi-
one nullum est. Ego quidem, qui e minimis earam membris sum,
libros quosdam e parua mea sapellestite libraria vobis, Viri pla-
rimum Reuerendi, ea, qua par est submissione offerere opere pro-
tium duxi, ea spe fretus, ut meum erga vos animum exceder-
fatis, et me inter amicos in Christo vestros adnumerari pati amine.

Cum ex epistola quadam vestra, de linguarum orien-
taliu[m] grammaticas mittendi necessitate intellexissem, et
colloquia illa doctrina et pietate referta, cum Mahomedanis
habita, vidissem: statim, si per me posset, vobis opem conferre
cogitavi. Haque occasionem nactus libros varios ad audi-
um Francofurtensem mittere, sequentes simul adiunxi, ut in-
de ad vos eo ipso modo ab admodum Reuerendo Domino Fran-
cken indicato, mittantur. 1. Alcoranus Arabice cum versione
latina, notis et reputationibus illustratus a R. P. Marraci
Patauii editus 2 vol. fol. Apologia Arabica Religionis Chri-
stianae contra Tin allabedia Persam 2^{to} 2 vol. Ex quibus Mu-
hamedismus penitus dignosci potest. Euangelia Thomae
a Kempis, Grotium et Bellarmini Catechismum Arabicum, Hi-
storiam Christi, Petri cum grammatica Persica Ludouici de
Sillu addidi, ut, si aliquando vobis videbitur, iis in bonum et
conuersionem Mahomedanorum uti liceat. Adiungere placuit
grammaticam et Lexicon lingua Japonica; Lexicon itidem
homen Latinum, et Catechismum Armeno-Italicum, ut vos,
vel successores vestri, iis adhibitis, aliquam Armenico lingua
notitiam parare queatis, maioremque Armenorum gratiam in-
eatis, ipsorumque ecclesia opem feratis. Auius submissionem
Ro-

nam Iustitiae accipietis. Valetate interim in Domino, Vosque, Viri
plurimum Reuerendi! diu seruet in columnas ad maiorem sui gloriam
in bonum Ecclesiae et Reipublicae Christianae: Vestriusque precibus me
commendatum habeatis rogo per dominum nostrum Iesum Christum,
cui sit honor et gloria in omnia secula! amen!

Dabam
Nepocenni Helvetiorum,
die 16. M. Martij Anno
1717.

Viris
Clarissimis
Plurimum Reuerendis, Domi-
nis Liegenbalgio, Reliquisque Missi-
onariis piissimis Christi fidelibus
Franquebaria